UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Bonorum possessione co[n]tratabulas, quam pretor liberis pollicetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ſing. hic, quod ex narratione facti nõ inducitur iuris diſpoſitio,
allegauit. Ioan. And. in c. dilecto. de preben.

De bono. poſſeſ. ſecundum tab. Rubrica. XI.

LEX. I

PEndente. Donec eſt dubiũ de viribus teſtamẽti, nõ eſt locus ſucceſ-
ſioni ab inteſtato. h. d. ¶ Not. qđ dixi i ſummario
Ad l. noſtrã opp. de l. cũ falſum. ff. de acq. hered.
a Solu. Diſtinctio, que ponitur ibi, habet locũ in
aditione hereditatis, q̃ cõſiſtit in ſolo animo adeũ
tis. Unde ſufficit adeuntem eſſe certum, vtrum teſtamentum ſit
falſum vel non, hic loquitur in bonor. poſſeſ. que debet peti a iu-
dice, ⁊ ab eo decerni. Unde eſt neceſſe, quod etiam iudex certifi-
cetur de viribus teſtamenti, ⁊ vide gl. ⁊ poſtea dicam tibi aliqua.
Iſtud quod. gl. dicit, procedebat de iure antiquo, ſecundum qđ
iudex habebat neceſſe decernere bo. poſſeſ. Sed cum hodie ſuffi-
cit ſola agnitio ſine iudicis decreto, vt l. fi. ſ. tit. j. puto eſſe idem
in bono poſſeſ. quod in hereditatis aditione.

ADDITIO.

a ¶ Falſum. Adde qđ Bal. hic ponit qualiter probet̃ falſitas te-
ſtamẽti cũ habeã. deponere ſuper negatiua, remouẽdo actum a
ſenſu, non ſenſuz ab actu, dicẽdo ꝙ illa die ⁊ hora qua dicit̃ teſta
mentũ fuiſſe factũ in tali loco fuit factũ, q: ibi fuerunt preſentes
⁊ non potuiſſet fieri quin ipſi vidiſſent, ⁊ audiuiſſent. Et vide ſe-
cundum Paul. de Caſt. q̃ not. in c. iij. loco. de pba. ⁊ bar. in l. j. de
itin. actuq3 priua. ⁊ ſecũdũ Alex. gl. in Aut. de here. ⁊ fal. §. ſi ve-
ro abſint. i ver. vidiſſe. ⁊ ibi not. Ang. ⁊ p bar. cõſ. inci. clariſſi. do.

LEX II.

1 ☞ Quot teſtes requirantur ad probandum teſtamentum.

BOnorum. Ex teſtamento in ſcriptis peti-
tur bono. poſſeſſio ſcđm tabul.
ex nuncupatiuo petitur vtilis, vel bono. poſ. ſcđm nun
cupationem. h. d. Opp. ⁊ videtur qđ ſigna tantum nõ
ſufficiãt, immo requirat̃ ſubſcriptio. vt Inſti. de teſt. or. §. j. Sol.
glo. fateor contrarium, ⁊ hoc eſt quod hec l. ſuppletur per illam.
1 ¶ Querit gl. circa hanc l. † quot requiruntur teſtes ad proban-
dum teſtamentũ. Sol. dicunt Mar. ⁊ Hu. duos teſtes ſufficere
per regulã, que eſt in l. vbi numerus. ff. de teſt. ⁊ eſt argu. l. fi. j. de
fideic. ⁊ inſti. de fideic. here. §. fi. Nec obſtãt leges, que dicunt qđ
ſeptẽ teſtes requirãtur ad teſtamentũ. Nam debes ſcire ſecũdum
predictos doct. qđ quandoq3 eſt cõtentio de volũtate. ſcilicet, an
teſtator ſic voluerit, ⁊ hoc debet probari per ſeptẽ teſtes. Aut eſt
contentio de ſolẽnitate. hoc eſt, an ſeptẽ teſtes fuerunt, ⁊ tunc per
duos poteſt probari. Ita dicũt ipſi. Gl. videtur reprobare iſtaz
opin. nam dicit gl. nõ põt eſſe contentio de ſolẽnitate, quin ſit de
voluntate, cũ non poſſet dicere teſtis qđ ſeptem teſtes fuerũt in
tali teſtamento, niſi etiam dicat de teſtamento, ⁊ tenore huius te
ſta. Certe dicit gl. hoc videtur impoſſibile qđ poſſit eſſe queſtio đ
ſolennitate, quin ſit de volũtate. Predicti doct. reſpõdent ad hoc
qđ hoc poteſt eſſe iſto modo, qđ legatarius petit legatũ, vel he-
res hereditatẽ ex teſtamẽto, aduerſarius confitetur teſtatorem
ſic voluiſſe, negat tamẽ ſolenniter, voluiſſe, vel ſolennitatem, ⁊ ſic
erit contentio de ſolennitate, non de voluntate, quia confeſſata.
Gl. iſtam reſponſionem reprobat, q: licet heres confiteatur ſic
teſtatorem dixiſſe, non tamen confitetur quod hoc dixerit animo
teſtandi, vnde hoc nõ poteſt probari, niſi per ſeptem teſtes. Iſta
reſponſio non placet, quia ex eo quod heredem inſtituit, preſumi
tur quod habuerit animum teſtandi, vt j. de teſt. l. non codicillũ.
Item quibuſcunq3 verbis legauerit, conſtat quod habuerit ani
mum legandi, vt l. omne verbum. C. commu. de le. ¶ Unde con-
ſtat quod iſta reprobatio quam gl. facit, non eſt neceſſaria. Unũ
tamen facit magis contra. Poteſt eſſe quod de alia voluntate cõ-
fitetur heres, de alia dicit teſtis. Licet enim heres confiteatur te
ſtatorẽ dixiſſe ſic, ⁊ duo teſtes dicant hoc dictũ fuiſſe coram ſeptẽ
teſtibus, forte hoc fuit alia vice, ⁊ nõ fuit de illo, de quo tũc heres
confitetur, ⁊ ideo ad hoc, vt iſta probatio cõcluderet, eſſet neceſ-
ſe qđ eſſet tanta coarctatio loci ⁊ tẽporis, qđ dictum teſtis, ⁊ con
2 feſſio partis, de neceſſitate cõcluderet de eodem, vel fieret † articu
lus hoc modo, ponatur. qđ talis vnum tantum fecit teſtamentũ.
Item cum tale teſtamentum fecit, ſeptem teſtes interfuerũt, tũc
de neceſſitate cõcluditur de eodẽ, vt extra de fide inſtru. c. cũ Io.
Et ſi hoc modo probaretur, credo qđ haberet plenum effectum
teſtamẽti, alias ſi per duos teſtes tantum probaretur ipſuz feciſ
ſe teſtamentũ. ⁊ de volũtate nõ cõſtaret, ⁊ de eius tenore, tũc eius
probatio nihil releuaret, niſi q: impediret bonorũ poſſeſſionem
ab inteſt. eo quod facit dubium an teſtamentũ ſit falſuz vel non,
⁊ pendente iſto dubio non poteſt dari bono. poſſeſſio. vt ſ. l. pro
xi. Et ita debet intelligi gl. hic poſita, quam vide bene, ⁊ hoc not.
quod perpetuo non obliuiſcaris.

De bono. poſſeſſ. contra tab. quam pretor liberis pollicetur. Rubrica. XII.

¶ Super rubr. querit gl. que eſt ratio qđ in ff. tit. de bono. poſ
a ſeſ. contra tab. a precedit, ⁊ in C. tit. de bon. poſſeſ. ſecunduz tabul.
Gl. reſpondet, imperator eſt nobilis, vnde conſiderauit dignita
tem, ideo premiſit de bon. poſſeſ. ſecundum tab. que dignior eſt.
Iuriſconſulti ſunt ſcientifici, vnde conſiderauerunt ordinem ſcien
tie, quia non poteſt perueniri ad ſecundum tabu. donec eſt locus
contra tabu. ⁊c. dic vt in gloſſ.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Contra ta. An ⁊ quando bono poſſeſ. contra tab. re
ducatur ad cauſam inteſtati, vide Cep. cau. clxxxiiij.

LEX I.

LIberi. Rupto teſtamento per contra tab.
quibuſdam coniunctis perſonis
cum legata debẽtur. h. d. ¶ Opp. de l. j. ⁊ l. iij. de leg.
preſt. ⁊ l. virilis. §. fi. eo. tit. Sol. Hec ſuppletur per
illas, q: legata debentur liberis a parentib.
quibuſdam alijs. Itẽ opp. de li. prete. aut. ex cauſa.
Sol. Dicit gl. ⁊ not. hodie indiſtincte debentur legata omnibus
rupto teſtamento ex cauſa preteritionis. Uide iſtã gl. ⁊ not. hic
1 glo. † que tenet quod aut. ex cauſa. habeat locum in preteritione
paterna. Item quod habeat locum in preteritione filij emancipa
ti, de qua loquitur hic titulus, quod qualiter procedat dicam
tibi. Item opp. j de fideicom. l. quidam. Dicit glo. ſol. vt ibi. Dic.
2 Breuiter. † Quedam ſunt legata, que non ſunt relicta ab ipſo fi-
lio preterito, ⁊ iſta indiſtincte nõ debentur, vt in contrario. Que
dam ſunt relicta ab inſtituto, ⁊ hec debentur per ſtitu. de leg. pre-
ſtan. ⁊ ita loquitur hic. ¶ Oppo. ⁊ videtur quod omnibus de-
beantur legata, vt l. ſi duo. de leg. preſtan. Domini, intrare iſtam
materiam eſſet valde longum, dic plene vt dixi in l. filium. §. j. de
leg. preſt. l. is qui in poteſtate. §. ſed ſi ſcriptus.

LEX II.

1 ☞ Bonorum poſſeſ. contra tabu. datur ei, qui non eſt inſtitutus
neque exheredatus.
3 Bonorum poſſeſ. ſecundum tabul. non cõcurrit cum bon. poſſ.
contra tab. ⁊ nu. 7. vbi quando.
4 Inſtitutus habet bonorum poſſeſſio. contra tabul. beneficio pre
teritionis.

a POſthumo. a Poſthumus preteritus po
dicere teſtamentũ nullum, ⁊ ve
nire per contra ta. h. d. hec eſt difficilis lex, ⁊ notabilis.
1 ¶ † No. quod bon. poſſeſ. b contra tab. datur ei, qui
b eſt inſtitutus, neq3 exheredatus. Si eniz eſt inſtitutus, nõ eſt du
bium quod non haberet contra tab. Item ſi eſſet exheredat. ſimi
liter non haberet, ſed veniret per querelã, vt ff. eo. l. non put. §.
2 prin. Secundo † no. ꝙ ille, qui poteſt dicere nullum poteſt v
per contra tab. † Tertio no. ꝙ bon. poſſeſ. ſecundum tab. non
3 currit cum contra tab. bono. poſſeſ. † Ad iſta opp. per ordinem
4 detur ꝙ inſtitutus habet cõtra tab. vt l. ſi poſt. §. fi. ff. eo. Sol.
teor ꝙ habet contra tab. beneficio alterius p̃teriti, non beneficio
ſui. Ita debetis intelligere hoc. Secundo opp. ⁊ videtur qđ exhe
redatus habeat contra tab. vt l. non putauit. §. non queuis. ff. eo.
Solu. Ibi loquitur in exheredatione non rite facta. Item op.
5 videtur qđ preteritus non habeat contra tab. non videtur ob
re. l. illud. §. ad teſtamenta. ff. eo. Solu. Ibi loquitur in preteritione
c matris, c que habetur pro exheredatione, d merito nõ habet contra
d tab. hic vero loquitur in preteritione paterna. Habes expeditum
iſtũ paſſum, venio ad ſecundum. Hic dicitur quod teſtamentum
eſt nullum, ⁊ poterit rumpi per contra tab. Cõtra. quod nullum
rumpi non poteſt, vt l. nam ⁊ ſi ſub conditione. ver. poſt de
ff. de iniu. teſta. Sol. Dicit, ꝙ teſtamentum illud eſt nullũ
ciuili, ſed de equitate pretoria eſt aliquod, merito eo iure
6 ſcindi. Ita dicit glo. quam vide. Innuit ergo iſta glo. quod
mẽtum, in quo filius eſt preteritus, interim eſt aliquod de
torio, donec dicatur nullum. ¶ Item dicitur notari in l. fil
terito. ff. de iniuſto rupto teſtamento. ⁊ ff. de teſta. l. j. ⁊ ego
e vobis in l. j. Doct. noſtri e moderni dicunt quod hoc eſt contra
ſum. l. j. in fi. ff. ſi tabule teſta. nulle extab. q: teſtamentũ eſt nullũ

omni iure, niſi approbetur per filium, q: tunc erit aliquod de iure pretorio. vt dicta l. filio. de iniu. teſtamento. ¶ Qualiter ergo reſpondebimus ad contraria? Dicit Jacobus de Rauen. qđ per bonorum poſſeſſio. contratabu. rūpitur illa ſpes que erat, q: teſtamentū poterit confirmari per filium. Jta eſt quedam truffa, nam ſpes nō poteſt rumpi, nec poteſt tolli, nec habet effectū, donec illa ſpes deducatur ad effectū, vel ad actū, vt l. ſi ſub cōditione. ff. de ſolu. de noua. l. quoties. Quid ergo dicemus? Breuiter dico, ꝙ filius preteritus petēdo contratab. approbat teſtamētum tanquam factū, non vt rite factū. merito q: de iure pretorio ſubſiſtit, de iure pretorio rumpitur. Simile videbitis in eo, qui appellat a ſentētia lata cōtra falſum procuratorē, vt l. iij. §. falſis. tr. rem rat. hab. ⁊ habuiſtis not. ſ. de procurat. l. licet. Facit qđ not. in l. Pomponius ſcribit. ff. de nego. geſt. ⁊ ideo ſi filius ante dixiſſet teſtamētum nullū, vel petendo cōtratabul. proteſtaretur qđ hoc non facit animo approbandi teſtamentum, dico qđ bonor. poſſeſſio contratab. non procederet per rationem factam, q: qđ nullum eſt, rumpi non poteſt. ¶ † Uenio ad ſecundum. Dicitur hic qđ contratabulas, ⁊ ſecundum tabul. non concurrunt. Cōtra. ff. de lega. preſtand. l. is qui in poteſtate. §. ſed ſi ſcriptus. Solu. glo. ⁊ bene, ibi non dicitur qđ petatur ſecundum tabu. ſed qđ aditur hereditas de iure ciuili. Unde aditio hereditatis ⁊ bonor. poſſeſſio contratabul. bene concurrunt. Cōtra hoc oppo. de l. ſed cum patrono. ff. de bono. poſſeſ. Solu. Dicunt quidā eodem modo, qđ ibi aditur de iure ciuili. Uel verius dicit glo. aliud in bon. poſſeſ. que datur patrono, q: illa concurrit cum ſecundum tabu. aliud in ea, que datur liberis, vt hic. Et eſt ratio in prōptu, licet gl. nō ponat. nam bonor. poſſeſ. contratabu. que datur patrono, non rūpit teſtamentū in totū, ſed aufert legitimā ſolā debitam patrono, vt j. titu. j. l. j. qđ ibi not. ⁊ merito bene cōcurrit cū bonor. poſſe. ſecundum tabu. ſed bono. poſſeſ. contratabu. que datur liberis, rumpit teſtamentum pro toto, vnde non poteſt concurrere cum bo. poſſ. ſecundum tabu. Contra hoc oppo. de l. ſi duo. ff. de lega. preſtan. vbi etiam ea, que competit liberis, cōcurrit cū bon. poſſeſ. ſecundum tabul. Dicunt quidam, quod ibi fuit adita hereditas de iure ciuili. Jſtud non videtur verū, nam cū ibi filius ſuus eſſet preteritus, licet approbauerit teſtamentū, hereditas nō poteſt adiri de iure ciuili. ſed de equitate pretoris, vt d. l. filio preterito. ff. de iniuſti. teſt. dicā j. vnde legitimi. l. ſi. ¶ Dicendum eſt ergo, qđ vbi filius inſtitutus, ⁊ preteritus ſunt in eodem gradu, poſſunt concurrere contratabu. ⁊ ſecundū tab. q: per contratabu. non aufertur totum, ⁊ ſic eadem ratio, que in bo. poſſeſ. cōtra tabu. que datur patrono. Ex pdictis ergo diſtingue per teipſum. Aut queritur vtrum bo. poſ. contratab. concurrat cum aditione de iure ciuili. aut cum bo. poſ. ſecūdum tabu. ⁊ hoc ſecūdo caſu, aut queritur de bono. poſſeſ. que datur patrono, aut de ea que datur liberis. Sed ſi queris de ea, que datur liberis, tunc aut eiuſdem gradus, aut diuerſi, vt habes ex predictis.

ADDITIONES.

a POSTHVMO. ¶ Pro concord. Aduer. ſi condito teſtamento pater decedit, ⁊ vnū filiū in poteſtate preterit, ⁊ aliū emancipatum inſtituit, dicit Bar. quod iſte emancipatus poteſt adire hereditatem ex teſtamento de iure ciui. in l. ſi duo. §. proinde. ff. de leg. preſtan. Contrarius alleg. in hac l. poſthumo. vbi d. Alex. in gl. ii. Tu dic qđ Bar. neutro iſtorum iurium loquitur in iſto caſu, de emancipato, immo potius aliter, q: expreſſe dicit quando ſunt in eodem gradu, ſed de iure antiquo non erant ſuus, ⁊ emancipatus in eodem gradu. Et ita potuit loqui bar. in ſol. contrarij in hac l. poſthumo, ⁊ hoc ſenſit etiam in d. l. ſi duo §. proinde. dum dicit, qđ fuit inſtitutus vnus de venientibus ab inteſt. in d. §. proinde. ergo non emancipatus, qui erat incognitus de iure ciui. in §. emancipati. de exher. li. ⁊ in §. emancipati. inſti. de her. que ab inteſt. defe. ſed ſuus occupat primum locum ſuitatis.

b ¶ Not. quod bono. poſſeſ. Ad declarationem vide Bal. in l. ſi pater. in noua oppoſitione. j. de inſti. ⁊ ſubſti. ſub condi. fa. quam refert ⁊ ſequitur do. Jaſ. in l. emancipato. ſ. que admit.

c ¶ Matris. Adde Ang. in l. j. ſ. de car. edict. ⁊ Ro. hic ⁊ Alex.

d POMA. ¶ Pro exheredatione. Uideretur ergo a ceſſante ratione, gl. ⁊ Bar. quod hodie debetur, contra teſtamentū matris contratab. cum preteritio matris ſine cauſa non habeatur pro exheredatione, iuxta gl. in §. exheredatos. in aut. de her. ⁊ fal. ⁊ iſtam opin. multi tenent. Alex. vero hic, contra fundamenta de quibus hic per eum. Cui addo quod in §. ad teſtamenta. aſſignatur alia ratio, que etiam militat hodie quod matres ſuos non habent heredes, ſed pretor pollicetur bono. poſſeſ. contratab. ⁊ vnde liberi filijs, qui ſunt loco ſuorum, in iuribus vulgaribus igitur, ⁊c. cum contra teſtamentum datur contratab. licet Alex. hic teneat contrarium, qui ſibi eſt contrarius. ⁊ conſil. lxxxix. ij. volu. ⁊ vide Alex. in l. in ſuis. ad fin. ff. de lib. ⁊ poſthum.

¶ Doct. noſtri. Adde tu quod gl. ſaluari poteſt, quādo in teſtamento inſtituit venientes ab inteſta. q: tunc non eſt teſtamētum nullum ratione preteritionis, vt dicit Bar. in l. ſi duob. §. ſi prius. ff. de contratab. De cuius veritate vide Jmol. in l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de lib. ⁊ poſthum.

De bono poſſ. contra tab. liberti, quæ patronis liberiſque eorum datur. Rub. XIII.

LEX I.

Licet ex cauſa. Patronus preteritus per cōtratabu. aufert ſcripto legitimam ſuā. h. d. ¶ † Not. quod
1 licet quis manumiſerit ex cauſa fideicommiſſi. nihilominus habet contratab. Scđo no. † quod per
2 bono. poſſeſ. cōtratab. patronus aufert legitimam
3 tantum. Tertio not. † qđ cōtra teſtamentum nuncupatiuum datur bono. poſſeſ. contra nuncupationem, ſicut ecōtra datur bono. poſſeſ. ſecundū nuncupationē, vt ſ. tit. ij. l. ij. Querit gl. in qb. caſibus patronus excludatur ab iſta bono. poſſeſ. dic vt in glo.

LEX II.

Patronus Qui recipit mercedem pro operis perdit contratabu. hoc dicit.

Vnde liberi Rubrica XIIII.

¶ Gloſſ. continuat, dictum eſt ſ. de bono. poſſeſ. que ſunt contra tab. ſequitur videre de bonor. poſſeſ. ab inteſta. verum quia iſta eſt prior, ideo de ea premittit Jmperator.

LEX I.

Suus. Filij emancipati ſuccedunt equaliter patri per vnde liberi. h. d. Opp. Jnſtitu. de bono. poſ. §. quod autem. vbi dicit quod pretor heredes facere non poteſt Solu. qđ hic dicitur heredes extitiſſe, intelligas beneficio pretoris ſecundum bono. poſſeſ. qui vices heredum ſuſtinent.

LEX II.

Ex teſtamento. Donec eſt locus ſucceſſioni ex teſtamēto, nō eſt locus ab inteſt. Jtem donec eſt locus ſucceſſiōi deſcēdentium, nullus alius poteſt ſuccedere, hoc dicit.

LEX III.

1 ☞ Repudians hereditatem patris, non poteſt habere hereditatem aui, niſi de iure pretorio.
7 Succeſſorium edictum de iure ciuili, non habet locum inter ſuos.
10 Hereditas patris non agnita, tranſmittitur ad quemcunque.
11 Pater ſuccedit filio per vtilem vnde liberi, ſeu vnde parentes.

a **Qui ſe patris.** a Rogo qđ aduertatis ad iſtā l. quia lex iſta eſt ita difficilis ſicut alia, q̄ ſit in toto C. ⁊ habet gl. valde difficilem, tamē reddam vobis eam ſatis clarā, ſi attendatis Breuiter dicit. Qui repudiat hereditatē patris, non poteſt habere hereditatem aui, niſi de iure pretorio. h. d. Duo habes in hac l. principaliter notare. ¶ Unum quod dicit expreſſum, aliud qđ in
1 nuit a cōtrario ſenſu. ¶ † Primo, quod ille q̄ repudiat hereditatem patris, non poteſt habere hereditatem aui, niſi de iure pretorio. ¶ Secundo ex eo quod dicit, qui ſe patris negat heredem, innuit quod ſi vellet eſſe patris heres, poſſet habere hereditatē aui. Ad
2 iſta duo vadunt omnes opiniones, que hic fiunt. Not. etiam † ꝙ hec lex habet locum tam in filio emancipato, quam in filio in poteſtate, ꝙ apparet ex eo quod litera dicit maxime emancipatus, ⁊ ſic innuit idem in ſuo. hoc premiſſo venio ad gl. que multum difficilis, ⁊ intricata eſt, ideo more canoniſtarū diuido vobis eā. Jſta gl. diuiditur in duas partes principales. ¶ Nā primo ponit glo. Jo. ¶ Secūdo ponitur gl. Hug. Secūda ibi, Jtē ideo dicit maxime, alia ratione. item prima pars ſubdiuiditur, quia primo format vnam opp. Secūdo examinat lectu. huius l. Tertio opp. ad illud quod hec lex dicit expreſſe. Quarto opp. ad illud quod hec l. dicit a contrario ſenſu. Secunda ibi, ſi ergo ponas. Tertia ibi, niſi in duobus. Quarta ibi ſed in eo quod dicit, negat. Examinemus ergo prius ſecundam particulam iſtius prime partis. Et primo † quero quibus caſibus poteſt habere locum hec lex. Pro cuius euidentia habetis ponere quatuor combinationes. Quandoque pater ⁊ filius erant emancipati, quandoque pater in poteſtate, ⁊ filius emancipatus, quandoque econtra, quandoque

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN